

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum prælati, & religiosi sint specialiter in statu perfectionis? 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

IV.  
o aliqua vel  
is servit ali-  
um; secun-  
dus seruire  
liquis definit  
us figuris;  
r ad lennen-  
soluer. Se-  
cunda con ali-  
e inter hemi-  
zdam iden-  
ficationis pro-  
d habet alia  
obligari se pre-  
ua sunt pe-  
e obligant ad  
ad quod se  
de duobus fi-  
are in vita,  
em respondet  
oc aliquae  
tions: & si  
amen non fac  
er augmenten  
tinent ad na-  
um, praeferim  
d ammodo in-  
terminatur ad  
rituale omnia  
is quamvis ad  
stinctiones co-  
aliqua sum-  
is que euntur  
iam raro pro-  
Et ramus cum  
translatio de  
unite

QVÆST. CLXXXIV. ART. V. 613  
vitate ad libertatem: quod non contingit per sim-  
plicem profectum gratiæ, nisi cum aliquis obligat se  
ad ea quæ sunt gratiæ.

Ad tertium dicendum, quod illa etiam ratio pro-  
cedit quantum ad interiorum statum. Et tamen li-  
cet charitas variet conditionem spiritualis seruitu-  
ris & libertatis, hoc tamen non facit charitatis aug-  
mentum.

#### ARTIC. V.

Vtrum religiosi & pralati sint in statu perfectionis? 872

A lati & religiosi non sint in statu perfectionis. opus. 18.  
Status enim perfectionis distinguitur contra statum cap. 16.

incipientium & proficiuntur. Sed non sunt aliqua genera hominum deputata specialiter statui proficiuntur vel etiam incipientium. Ergo videtur quod nec etiam debeant esse aliqua genera hominum deputata statui perfectionis.

¶ 2 Præterea, Status exterior debet interiori sta-  
ti respondere: alioquin incurrit mendacium, quod non solum est in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus, vt Amb. dicit in quodam sermone\*. Sed de Abra-  
ham, & reperfertur in decre-  
multi sunt pralati vel religiosi, qui non habent inte-  
riorum perfectionem charitatis. Si ergo omnes reli-  
gioosi & pralati sint in statu perfectionis, sequeretur in pectis 22. q.  
quod quicumque eorum non sunt perfecti, sint in pec-  
cato mortali, tamquam simulatores & mendaces. &c. cause-

¶ 3 Præterea, Perfectio secundum charitatem at-  
tenditur, vt supra habitum est\*. Sed perfectissima ar. 1. hu-  
charitas videtur esse in martyribus, secundum illud ius 2.  
Ioan. 15. Maiorem dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et super ilud ad Hebr. 12. Nondum enim usque ad sanguinem, &c. dicit gloss. \* Perfectior in hac vita nulla. Aug. in  
dilectio est ea, ad quam sancti Martyres peruerterunt, serm. 17.  
qui contra peccatum usque ad sanguinem certauerunt. Ergo videtur quod magis beat perfectionis sta- de verbis A po. 10.  
tus attribui martyribus, quam religiosis & episcopis. 10.

Q. 9. 3 SED

e. 5 eccl. SED contra est, quod Dion. in 5. cap. <sup>\*</sup>Eccles. hier.  
hiera. in attribuit perfectionem Episcopis tamquam perfectio-  
rit. de sacerdotibus. Et in 6. cap. <sup>†</sup> eiusdem libri attribuit perfe-  
cerdotum etionem religiosis, quos vocat monachos vel the-  
perfetti. rapeutas, id est, Deo famulantes, tamquam penitentis.  
<sup>† c. 6. ec-</sup> RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est,  
cles. hier. ad statum perfectionis requiritur obligatio propera  
p. 1. non ad ea que sunt perfectionis, cum aliqua solemnitate.  
procul a Vtrumque autem horum competit & religiosis & episcopis.  
fine. Religiosi enim se voto astrinxerunt ad hoc  
<sup>\* ar. præc.</sup> quod a rebus secularibus se abstineant, quibus licet  
<sup>† c. 6 eccl.</sup> ut poterant, ad hoc quod liberius Deo vacent, in  
hier p. 1. quo consistit perfectio presentis vita. Vnde Dion. <sup>†</sup>  
non pro- dicit 6. cap. Eccles. hierar. de religiosis loquens:  
cul a fin. Alij quidem therapeutas, id est, Dei famulos ex  
puro Dei seruitio & famulatu. Alij vero monachos  
ipso nominant ex indiuisibili & singulari vita vici-  
ente ipso indiuisibilium sanctis conuolutionibus, id est  
contemplationibus, ad Deiformem unitatem & ambi-  
abilem Deo perfectionem. Horum etiam obligatio  
cum quadam solemnitate professionis & benedictionis. Vnde & ibidem subdit Dionys. \* Proprius quod  
perfectam ipsis donans gratiam sancta legislatio quod  
dam ipsis dignata est sanctificativa invocatio. &  
milititer etiam Episcopi obligati se ad ea que sunt per-  
fectionis, pastorale assumentes officium, ad quod perti-  
net ut animam suam ponat pastor pro omnibus suis, huc  
dicitur Ioan. 10. Vnde Apostolus dicit 1. ad Timo-  
vlt. Confessus bonam confessionem coram multis re-  
stibus, id est, in sua ordinatione, \* ut glossa ibidem  
dicit. Adhibetur etiam quadam solemnitas emula-  
tionis simul cum professione predicta, secundum  
illud 2. ad Tim. 1. Resuscitez gratiam Dei quae in  
te per impositionem manuum mearum: quod glossa  
exponit de gratia episcopali. Et Dion. \* dicit, cap.  
Eccles. hierar. quod summus sacerdos, id est Episco-  
pus, in sua ordinatione habet eloquiorum super-  
put sancissimam superpositionem, ut significaret  
quod

eodem lo-  
eo nunc  
ditto.

gl. interl.  
ibid.

gl. interl.  
ibid.  
no remu-  
te a fin.

chica  
nus on  
& acti  
Ad p  
mentu  
tione  
homini  
sumun  
Ad si  
section  
tos eff  
Vnde &  
compre  
tem si q  
Quicun  
de non e  
nem ex  
perfecti  
perfectio

Ad te  
perfecti  
fectionis  
cum est

Vtrum  
A D se  
Dicit eni-  
dem pre  
Sicut erg  
ne ei qui  
scopi nou  
atione D  
le in com  
pe sunt in  
entes cu

quod ipse est participatius integræ totius hierarchicæ virtutis; & quod ipse non solum sit illuminatus omnium, quod pertinet ad sanctas locutiones, & actiones: sed quod etiam hoc alijs tradat.

Ad primum ergo dicendum, quod inchoatio & augmentum non queritur propter se, sed propter perfectionem. Et ideo ad solum perfectionis statum aliqui homines cum quadam obligatione & solemnitate assumuntur.

Ad secundum dicendum, quod homines statum perfectionis assumunt, non quasi profitentes scipios perfitos esse, sed profitentes se ad perfectionem tendere. Vnde & Apostolus dicit ad Phil. 3. Non quod iam comprehenderim, aut iam perfectus sim: sequor autem si quo modo comprehendam. Et postea subdit, Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Unde non committit aliquis mendacium, vel simulationem ex hoc quod aliquis non est perfectus qui statum perfectionis assumit, sed ex eo quod ab intentione perfectionis animum reuocat.

Ad tertium dicendum, quod martyrum in actu perfectissimo charitatis consistit. Actus autem perfectionis non sufficit ad statum faciendum, ut dicum est †.

## ARTIC. VI.

ar. 4. hu-  
sus q.

*Vtrum omnes prælati ecclesiastici sint in statu per-*

873

*fectionis?*

**A**d sextum sic proceditur. Videtur, quod omnes op. 18. c. prælati ecclesiastici sint in statu perfectionis. 22. 23. 25. Dicit enim Hier. + super epistolam ad Titum, Olim & 26. Idem presbyter, qui & episcopus. Et postea subdit, sup illud Sicut ergo presbyteri sciunt se Ecclesiæ consuetudi- ad Tit. 1. ne ei qui sibi præpositus fuerit, esse subditos: ita epi- Cōfessus scopi nouerint se magis consuetudine, quam dispensatione Dominicæ veritatis, presbyteris esse maiores, tates presbyteros, & in communis debere Ecclesiam regere. Sed Episco- § 9. p. fuit in statu perfectionis. Ergo & presbyteri ha- bentes curam animarum.

QQ 4 Q 2 Præ-